

M. Petrus Munoz in Propugnaculo Eliae lib. 2. tit. 3. cap. 2. art. 5. num. 4. Thomas à Ieso vir insignis Religionis, ac virtutis lib. de antiquitate Ordinis, ac super Regulam Carmel. 1. part. cap. 2. §. 4. Thomas Aquinas de Patriarchatu Eliae p. 3. sect. 3.

Franciscus à sancta Maria in Historia Prophetica, ac in Apologia de hac re. Petrus Vvafstelius lib. 1. Vindiciarum sect. 5. art. 13.

M. Lezana tom. 1. Annal. in apparatu c. 4. num. 20. Daniel à Virg. Maria, vir magnus in vinea Carmeli in Appendice fol. 705. à n. 226. Ioannes de la Plata.

Dottissimus P. Franciscus Bonæ spei, cuius sapientiam ejus opera prædicant, de Concept. Virgin. Disp. 3. per totam.

Mag. M. Fr. Antonius ab Spiritu sancto maximè præclarus suis operibus in Tractatu de Primatu Elia à num. 34. ac deinceps.

Petrus Lucius in Compendio Historiarum cap. 3.

Et ego ipse tom. 1. in Evangelia lib. 2. c. 2. q. 10. Et quamvis hi ultimi Auctores sint domestici, magnam auctoritatem, & vim habent ad probandum in re domestica juxta Manticeam de recita, & ambigua convenientia lib. 8. tit. 14. num. 11. Mascardum de probation. 6. vol. 1. conclus. 3. num. 1. ubi multos Iuristas adducit. Alexander consil. 187. num. 16. vol. 2. Iason Consil. 128. num. 1. vol. 1. & vol. 3. Consil. 95. col. 3.

Mantica.

Mascard.

Alexander. Iason.

In hac etiam Resolutione, quæst. 2. multos gravissimos Patres, & Auctores addoxi in magno numero præter citatos modo Auctores, qui docent quod in lege veteri existerit votum virginittatis, quod ibi citato loco est videndum; nam hic posui tantum eos Auctores qui de Elia, ac Elifæo expressè loquuntur, qui verò de votis agunt, jam supra citavi quæst. 2.

Ponitur Decretum sacre Inquisitionis.

89. A Supremo senatu sanctæ Inquisitionis. Madriti anno 1639. die 9. Novembris judicatum est hanc sententiam de Monachatu, ac tribus votis liberè, ac licitè posse vulgari; tamen æmuli adhuc non quieverunt, sed novis difficultatibus oppositis contra prædictam sententiam, ac Decretum, quæ profundè, & altè examinata sunt in judicio contradictorio, iterum per dictum Decretum antecedens confirmatum, ac corroboratum est à Supremo Senatu sanctæ Inquisitionis Madriti die 6. Martii anno 1673.

QUESTIO XI. Solvuntur argumenta, quæ fiunt ex sublimi dignitate Christi, ac sanctissime Virginis Mariæ.

SUMMARIUM.

90 Quo sensu Christus dicitur Auctor status monastici.

91 Cum tota proprietate juris Christus dicitur Auctor, & Institutor.

92 Bonitas Christi se extendit ad proxima, & remota.

93 Patres dicunt B. Deiparam primam in virginitate.

94 Suarez ait quod non pertinet multum ad ejus commendationem, quod fuerit prima.

95 Prima dicitur multis prærogativis.

96 Prima objectivè in ratione causa exemplaris.

97 Prima etiam dicitur inter feminas. Christus, & Deipara dicuntur primi, ut Duce, ac principes omnium virtutum.

98 Alii novum Castitatem, Deipara virginittatem, ut prima in integerrima, ac perfectissima virginitate.

99 Solvuntur fundamentum ex Abida Babylonicæ.

De Christo Domino.

98. Opponunt primò contra nos adversarij, quia hæc nostra sententia derogat, ac contrariatur sublimi, & altissimæ dignitati. Primò Christi Domini, qui dicitur Auctor, & Institutor status Religiosi, ergo ante ipsum non fuit talis status. Respondeo, etiam Christus Dominus dicitur Auctor Sacramentorum, quod vel sumitur per respectum ad legem gratiæ, & etiam ad legem antiquam, prout ipsa sacramenta data sunt illis Patribus, sicut & cætera dona supernaturalia, ex meritis Christi prævisis, quod etiam idem erit dicendum de statu Religioso.

99. Vel etiam cum tota proprietate juris, auctor, ac institutor status Religiosi dicitur Christus, prout ipsum statum antiquum renovavit, reformavit, ac perfecit multis donis, gratis, perfectionibus ac excellentiis. D. Bernardus in Epistola ad fratres de monte Dei loquens de Monachorum Religione, ait tempore Prophetarum demonstrata in lege gratiæ instituta, & innovata. Sanct. Antonius in summa. 3. part. tit. 16. §. 4. de Monachis loquens ait, videntur exorti sub Elifæo, fuerunt autem renovati à Christo Domino. D. Odilo in vita S. Maioli, quæ exat in Bibliotheca Cluniacensi apud Lippomanuth, sic ait: Cepit monasticus ordo pullulare seu (ut melius dicemus) reviviscere quem ab Elia, & à Joanne Baptistâ novimus processisse. Quod etiam docet nolter Vvaldens. tom. 1. Doctrinalis fidei lib. 3. art. 1. Vvaldens. rap. 6. At qui rem antiquam renovat, restaurat, perficit, ac ad meliorem formam, ac statum reducit, illius juris patronatus acquirit, illius institutor, ac auctor dicitur secundum jus, Mascardus 3. part. quæst. 5. num. 33. & maximè num. 35. Gratianus tom. 1. cap. 177. n. 26. Riccius in praxi aurea Resol. 11. num. 6. Lambertus lib. 1. part. 1. q. 6. principio art. 5. Menoch. consil. 90. num. 27. & consil. 336. num. 5. Zerola in praxi Episcopali verbo juris patronatus pag. 179. Castro Palaus tom. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 2. num. 5. Et cum aliis multis Barbola de potestate Episcopi part. 3. Allegatione 70. num. 5. & 8. Unde inferunt, quod ille, qui Ecclesiam antiquam renovat, ac reformat, & ad meliorem statum, ac formam reducit, dicendus est illius fundator, ac institutor. Cum ergo Christus D. monachatum antiquum,

98.

99.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

renovaverit, ac restauraverit, perfecerit, & ad meliorem formam, ac statum reduxerit multis gratiarum donis spiritualibus, ac perfectionibus, simpliciter illius auctor, ac institutor est.

92. Imò maximè pertinet ad supremam celestitudinem; infinitatem; ac bonitatem Christi; quod ex ejus gratia, ac auxilio daretur monachus in lege antiqua, qui ut ait D. Thomas 1. part. quæst. 65. art. 3. Quanto aliqua causa est superior, tanto ad plura se extendit in causando. Et 3. contra gentes cap. 24. ait, Quanto aliquid invenitur melius, tanto ad remota bonitatem suam diffundit. Et quolibet 3. quæst. 3. art. 6. & etiam quæst. 3. de potentia art. 3. Atqui nulla superior, ac excellentior causa est, nec dari potest, quam Christus Dominus & inde non solum divinitas suæ infinitæ bonitatis, se diffudit in eos, qui prope sunt, nempe in lege gratiæ, sed etiam ad remotiora, ad Patres nempe antiquos legis veteris, & sicut eos fecit participes Sacramentorum, virtutum, supernaturalium, ac celestium donorum, ita etiam eos fecit participes status monachalis, qui maxime conducit ad justitiam, ac salutem assequendam, & ita in hoc maximè declarat ur suprema, & excella majestas Christi D. quia ut etiam ait D. Thomas citato loco 3. contra gentes, In quantum unum quodque, bonitatem suam diffundit in alios, sic auctor causa.

De Beata Virgine.

93. Opponunt secundo contra nos adversarij, quod hæc nostra sententia maximè contrariatur dignitati sanctissimæ Deiparæ, quæ à Sanctis Patribus dicitur prima, quæ virginittatem fovit. D. Epiphanius hæresi 87. Mariam dicit initium, & Principium virginittatis. D. Augustin. tract. 10. in Ioan. ait, A Maria capit dignitas Virginittatis. D. Ambros. lib. 1. de Instit. Virginis cap. 5. loquens de Deipara, ait, Quod ipsa sacra virginittatis signum exulit, & inemerata virginittatis primum Christo vexillum levavit. D. Bernard. serm. in signum Magnum: eam dicit signum magnam virginittatis primicerium. Sophronius serm. de Assumptione, eam dicit Perfectionis virginittatis exemplum, sic multi alij Patres adducti à Suar. statim citando. Confirmatur, quia juxta sanctos Patres videtur dicendum, quod inter homines Christus inter feminas Deipara. Primi vocentur virginittatem. Origenes in cap. 13. Matthei ait, Virginitas quidem puritatis in castitate primittas fuisse Iesum.

94. Respondeo Primò cum Suario. tom. 2. in 3. part. disp. 6. sect. 3. §. Ad has objectiones, sic ait, Quod Beata virgo perfectum votum virginittatis emiserit, ad perfectionem ejus pertinet. Quod verò ante ipsam nullus hoc fecerit ad ejus commendationem non ad modum refert. Deinde subdit idem Doctor, Deinde dici etiam potest prima, quæ preposita est tanquam dux, & exemplar hujusmodi voti, & hunc existimo esse sensum sanctorum Patrum, Perpende verba preposita est tanquam dux, & hunc existimo esse sensum sanctorum Patrum, Quod statim magis explicabo.

95. Deinde subdit ipse Suarius citatus Hunc

primatum Mariæ in virginitate servanda sufficiens salvari in eminentia, & speciali prærogativa, qua in ipsa eluxit hoc virum; & inde merito, Prima exitit in voto virginittatis super omnes puras creaturas, quod paucis accipie.

Prima prærogativa, quia in exordio, & primo instanti suæ purissimæ conceptionis emisit votum virginittatis, ut pie, & docte alitruunt Barradas tom. 2. suæ concordia lib. 6. cap. 3. Morales cap. 1. Matth. lib. 2. tract. 6. n. 12. Novatus de eminentia virg. c. 7. quæst. 28. Secunda prærogativa, Quia meritum tanto est majus, & excellentius, quanto ex majori charitate, ac gratiâ procedit à persona merente, ut est certum apud Theologos, atqui votum virginittatis in sanctissima Deipara procedebat ab ejus ferventissima charitate, ac intensissima gratiâ quæ excedebat dona omnium aliarum creaturarum, etiam collectivè; ergo ejus votum altissimo incremento superat omnia aliorum vota. Tertia prærogativa, & valde magna, quod ita exactissime observavit suum virginittatis votum, ut nunquam contra id nec levissimam, nec minutam imperfectionem admiserit, quia sacratissima virgo nunquam peccavit venialiter, ut definitum est in Concilio Tridentino sess. 6. c. 23. quod privilegium singularissimum soli Beatissimæ virgini datum, nec Joanni Baptistæ, nec Apostolis, ut tenet Suar. tom. 2. ad 3. part. disp. 24. sect. 3. Tertio ex his. Ubi ait, Apostolos etiam post Apostolatam, & confirmationem in gratiâ, ac plenitudine Spiritus sancti, interdum venialiter deliquisse. Et idem dicit de Joanne Baptistâ. Unde infero, quod omnes virtutes sacratissimæ Deiparæ, sive humilitatis, virginittatis, charitatis, &c. largo intervallo superant omnes virtutes omnium aliarum creaturarum, cum virgo nec levissimam imperfectionem contra eas admiserit. Quarta prærogativa; firmitas, ac immobilitas, quæ ipsi voto adhærebat, ut etiam Angelo offerenti maternitatis Dei dignitatem, quæ est quodammodo infinita, & est suprema dignitas, quæ pura creature potest communicari, quantum ex se erat, nolebat acceptare, nisi veluti ex pacto servandæ virginittatis votum, & inde ait, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Ita Novatus citatus quæst. 29. & ego ipse to. 2. in Evangelia lib. 2. cap. 5. quæst. 44. nu. 134. ex D. Gregorio Nysseno, Oratione de Christi Nativitate.

Secundo satis aptè, & congruè responder M. Petrus Munoz B. Virginem Mariam fuisse primam in voto virginittatis, in ratione causæ objectivæ, ac exemplaris, quia agnoscetes sancti Patres antiqui ex divina revelatione sacratissimam Deiparam destinaram Christi Matrem cum voto virginittatis, ad ejus exemplar, ac imitationem castitatis votum emiserrunt. Nam ut ait D. Thomas 3. part. quæst. 62. art. 6. Non est necesse, ut causa causatum præcedat tempore, nihil prohibet id, quod est posterius tempore, antequam sit movere. Illi antiqui Patres ex divina revelatione accipientes modum vivendi Christi D. ac ejus sacratissimæ Matris, ad illam se maximè conformabant, talemque vivendi modum respiciebant ut causam exemplarem, ac finalem, quem imitari intendebant de Elia, ac Elifæo per respectum ad B. Virg. Mariam Sic jam à me datus tom. 1.

Barradas. Morales. Novatus.

Trident.

Suar.

Luc. 1.

Novatus.

D. Nyssen.

Munoz.

D. Thom.

in

D. Method.

In Evangelia lib. 2. cap. 9. quest. 10. num. 36. D. Methodius homil. de Purific. seu de Simeone, & Anna tom. 3. Bibiloth. ait, loquens cum virgine sacratissima, Puritatis sue Elias Propheta praeceus, aique imitator in spiritu...

97.

Joan. Jerof. D. Midor.

Tertio dicitur Virgo Prima in voto virginis, quod fuerit prima inter feminas, quae tali voto se astrixerunt, & inde nil derogatur Eliae, ac discipulis ejus, & ita multi Patres loquuntur, & rem explicat Ioannes Ierosolymit. lib. de instit. Monach. cap. 34. D. Isidor. lib. 2. de offic. Ecclesiastico cap. 17.

D. Bonavent.

Canisius.

Quantum pertinet ad verus testamentum Elias, Jeremias, & Daniel castitatis, & continentia bono primi studuisse dignoscuntur: quantum vero ad novum virorum virginum est Christus, feminarum virginum caput est Maria. D. Bonaventura in 4. dist. 30. quest. 4. Dicitur Virginem Deo virginitatem vivere, ut esset mulieribus virginis exemplum. Canisius lib. 2. de Deipara cap. 12. ait, Apud Damasenum legimus Christum virorum, virginem Mariam feminarum caput. Quae omnia intelliguntur de Christo ratione suae dignitatis, & excellentiae, qua ut causa finalis, efficiens, moralis, ac meritorea virginis, ac omnium bonorum operum, quae dantur in hominibus, & in hoc sensu intelligitur illud Pauli ad Colossens. 1. numero 18.

98.

D. Thom.

Caicetan. Lessius.

Quarto insuper addo, & dico, quod sanctissima Deipara prima exiit, quae fecit votum virginis, Elias, Elifaeus, ac filii Prophetarum, fecerunt votum castitatis. Latum est discrimen inter virginitatem, ac castitatem, ut docet D. Thomas 2. 2. quest. 152. articulo 3. in corpore, ubi Cajetanus, & alii, Lessius de iustitia lib. 4. c. 2. dnb. 14. n. 99. Nam virginitas dicit integritatem carnis, seu corporis, idest subiectum nunquam libidine contaminatum, quod non excludit castitas, unde viduati ingredientes Religionem, dicuntur vivere in castitate. Deinde insuper juxta mentem sanctorum Patrum duplicem virginitatem considero; una, quae est simpliciter virginitas; altera virginitas perfectissima, & integerrima. Virginitas simpliciter dicit integritatem corporis, tamen laesionem venerem mentis non excludit, sed admittit, ac proinde licet habeat in-

tegritatem corporis, non tamen mentis; At virginitas integerrima, & perfectissima dicit summam integritatem corporis, & animae, ut omnes motus etiam a cogitatione excludat. Sacratissima Deipara exiit virgo perfectissima, & integerrima virginitate, non solum corpore, sed etiam anima, ita ut nec levissima umbra imperfectionis mentem ejus attigerit, & ita ipsa exiit prima, & singularis, quae fecit virginis votum: unde merito de ipsa canit Ecclesia: Tu sola sine exemplo placuisti Domino Iesu Christo.

99.

Ad confirmationem patet solutio ex dictis maxime, in tertia ratione num. 97. Nec etiam contra nos facit id, quod refertur ex Abdia Babylonico in suo libro in vita Sancti Bartholomaei Apostoli dicentis de B. Deipara: Haec virgo servanda virginis votum prima Deo vovit; primam autem ideo dixi; quia ex quo homo factus est ab initio saeculi, nulla hoc votum Deo obtulit: virgo hoc constituit in corde suo, cum hoc a nullo homine, nec verbo didicisset, nec exemplo. Hoc nihil facit contra nos, quia ille liber Abdiae Babylonici est apocryphus, & fabulosus, ut habetur in expurgatorio Romano, & tradunt Sixtus Senensis, Bellarminus, Posslevius de scriptoribus, & si admittatur testimonium solum videtur procedere, quod prima fecit votum inter mulieres, quod videtur colligi ex verbis Apostoli, Nulla hoc votum Deo obtulit. Vel dic, quod fuit prima in ratione cause exemplaris; nam cum de ejus puritate habuissent revelationem sancti Patres Antiqui, ad ejus imitationem talia vota fecerunt, ut jam est dictum; vel dic quod fuit prima, quae fecit votum integerrimae, & perfectissimae virginis.

100.

Et ex hoc maxime relucet suprema majestas sanctissimae Virginis Mariae, quia non solum postquam prodit in mundum, nos docet, illuminat, ac instruit, sed etiam antequam nasceretur. Doctissimus idiotia ait, o virgo Sacratissima Apostolorum magistra, Evangelistarum doctrix, totius orbis illuminatrix. I sine Salomon de te canit; Proverb. 8. numero 15. Per me reges regnant, & legum conditores justa decernunt, & Isai. 7. num. 7. testatur: dabit Dominus vobis signum, Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Quod signum maxime inservivit ad illuminandam Domum David; quae non querebat signum, & hoc signo lucem dedit mundo antequam nasceretur.

QUESTIO XII.

Solvantur argumenta, quae sunt ex imperfectione legis veteris.

SUMMARIUM.

- 101 Primum fundamentum Adversariorum.
102 Secundum fundamentum cum suis confirmationibus.
103 Nihil erat proprium legis, per quod justificaretur.

- 104 Ex gratia Dei multo erant perfecti.
105 Deus Patribus antiquis aliqua concessit majora, quam Monachatus.
106 Martyrium antiquum non fuit in paucis, sed in multis.
107 Spiritus prophetia in illo statu antiquo fuit in multis.
108 Similiter in illo antiquo statu multis sunt communicata dona Spiritus sancti.
109 Malis etiam est communicata gratia miraculorum.
110 Ergo si haec majora in illa antiquitate dabantur, etiam status Monachatus dari poterat.
111 Ad locum Pauli ad Galatas.

101.

Hoc totum effugium, ac subterfugium Adversariorum recurrentium ad imperfectionem legis veteris, ac perfectionem novae, cui proinde debebatur status Monachatus, & sic argumentantur. Ille Monachatus est perfectissimus status: lex veteris fuit valde imperfecta; ergo non potuit in ea dari, Major est certa, minor probatur ex Apostolo Hebr. 7. num. 19. Nihil ad perfectum adduxit lex; & ad Gal. 4 n. 4. Tempus legis appellat tempus pueritiae, ac infantiae. Ita & nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi hujus eramus.

Hebr. 8. Galat. 4.

102.

D. Chryf. D. Thom.

Argumentum, ad locum Pauli respondetur juxta mentem sanctorum Patrum D. Chryf. D. Thomae, ac aliorum, Nihil ad perfectum adduxit lex, per quod nemo sanctificaretur, ac sanctificaretur, tota hominis perfectio, est illius justificatio, ac sanctificatio. Proprium autem legis nihil erat per quod homo formaliter justificaretur, sed tantum dispositivè, lex tantum ex se habebat sacrificia, oblationes, caeremonias, & ritus, quae non sanctificabant. Duo nempe Sacramenta pro parvulis, remedium nempe legis naturae, ac circumcisio non erant propria legis veteris; remedium enim legis naturae datum, fuit Adamo, circumcisio autem Abrahamo Genes. 17. ut bene notant Angles in 4. dist. art. ultimo. conclus. 3. Paventinus ibid. dist. 2. cap. 1. n. 4. Pitigianus in 4. dist. 1. q. 6. art. 9. & ita explicant Concilium Florentinum in litteris Sanctae unitatis, ubi Eugenius Papa ait, quod Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam, Sacramenta nempe, quae erant propria ipsius legis; nam illa duo fuerunt antecederent data, ut est dictum.

Genes. 17. Angles. Paventin. Pitigian. Florentin.

103.

Infin. D. Nazianz.

Inde quae erant a lege, erant imperfecta; quae vero erant a gratia Dei, ac ejus auxilio, erant perfecta, ut notat Benedictus Iustinianus ad proximè citatum locum Pauli Hebraeorum, ex D. Gregor. Nazianz. ac aliis Patribus: Lex nihil de se ad perfectum adduxit: non quod in ea lege non fuerunt plurimi valde perfecti, sed propter fidem in Christum, ac ejus gratiam. Quod manifeste patet. Abel, quis negare potest, quod fuit vir perfectus, quem ut testantur D. Chrysostomus, D. Ambrosius, D. Augustinus, Deus posuit tanquam primum fundamentum innocentie, Sacerdotii, ac Martyrii. De Noè expressè dicitur Gen. 6. n. 9. Noè vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis. cum Deo ambulavit. Quis negare poterit quod Abrahamus fuerit vir perfectissimus, de quo ait Divus Augustinus lib. de Civitate Dei, quod Sylvera Opuscula.

D. Chryf. D. Ambros. D. August.

Genes. 6.

illud saeculum fuerit felicissimum, cum tantum, ac talem virum habuerit, ejus fides maxime laudatur ab Apostolo praecipue Romanorum 4. ut dicitur, Pater credentium perfectem; negari non potest, quod perfecta fuerit obedientia, Isaac, quae se obtulit ad sacrificium; patientia Jobi, castitas Josephi, charitas Moysis erga populum, illiusque mansuetudo, ut dicitur misericors omnium, Num. 11. num. 3. Zelus Eliae, contritio Davidis, fortitudo, ac constantia Machabeorum, illorumque matris in martirio Machab. 2. cap. 7. n. 1. Haec omnia non proveniebant a lege, sed immediate a gratia Dei sic dicimus, quod ille Monachatus legis antiquae non erat a lege, sed a gratia Dei, & non erat cum ea perfectione, ac excellentia, ut postea fuit a Christo institutus sed multo minori, ut ostendam infra a quest. pen. Et quia Adversarii multum in hac re fatigantur, doctrinae gratia insuper addo, Deus multa concessit Patribus antiquis, majora quam Monachatus, concessit Sacramenta, remedium nempe legis naturae, & circumcissionem, quae in ratione Sacramenti conveniunt univocè cum Sacramentis legis gratiae, ut tenent Soto in 4. dist. 1. sect. 2. §. Atque hinc. Bel. larminus lib. de sacram. e. 12. Suar. tom. 3. ad 3. p. dist. 1. §. 2. Dico tamen primo. Vafquez disp. 128. cap. 5. n. 5. Lohan, de sacram. q. 60. art. 4. dub. 2. Lohan. Quod autem Sacramentum sit quid majus, inde est evidens, quia sacramentum causat gratiam ex opere operato, Monachatus ex opere operantis, ne quis dicat, quod illa Sacramenta fuerunt data, ut medium necessarium ad salutem ad quod sufficiebat remedium legis naturae, ad quid insuper circumcisio, nisi ut quid magis peculiare, ac particulare.

Insuper Deus concessit Patribus antiquis Martyrium, quod majus est ut dixi q. 9. Insuper concessit sanctificationem in utero terentibus; vitam puram, innocentem, absque peccato mortali Abel; ut est notum, & etiam Noè, ut tenent D. August. D. Ambr. & canunt Sybillae, D. August. & explicant Commentatores ad illa verba D. Ambr. Gen. 6. n. 7. Noè vir justus, ac perfectus in generationibus suis. Sicut D. Gregor. & alii Patres dicunt de Iob ad illa verba: Vir erat in terra. Huius nomine Iob; & erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo Deo quod late ibi Peneda, Sanchez, quod etiam idem dicitur a multis de Abrahamo, Isaac, ac aliis. Insuper dedit etiam eis multa caelestia charismata, ac divina, dona gratiam miraculorum, donum scientiae, ac intellectus ac prophetiae. Haec majora sunt, si ergo Deus Patribus antiquis talia concessit, cur negandum quod etiam concesserit statum Monachalem, non cum ea excellentia, ac perfectione, ut modo est sub Christo, ut explicabo a quest. penult.

Vim hujus argumenti subodorati sunt Adversarii, & dicunt, quod Deus dedit Patribus antiquis Sacramenta legis naturae, ac circumcissionis, quia haec erant simpliciter necessaria, alia vero dona dedit paucissimis, ac rarissimis. Sed contra, sicut Deus ut Optimus Providor dedit illa Sacramenta, quae erant necessaria ad salutem, sic & media proportionata, ad ipsam salutem adsequendam, ut virtutes Fidei, Spei, & Charitatis, ac Religionis, & cultus Dei quae est prima virtus

Numer. 11.

Mach. 2. c. 7.

104.

Soto.

Bellarmin.

Suar.

Vafquez.

Lohan.

105.

D. August.

D. Ambr.

Sybillae.

Genes. 6.

D. Gregor.

Iob. 1.

Peneda.

Sanchez.

106.